

CONSPECTVS
PRAELECTIONVM,
TAM PUBLICARVM,
QVAM PRIVATARVM,
QVIBVS
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
P R O F E S S O R E S
POST
FESTVM PASCHALE,
ANNI MDCCLVIII,
OPERAM SVAM IMPENDENT,
P V B L I C A T V S
ABS
HODIERNO ACADEMIAE RECTORE
H E R M A N N O B E C K E R,
LL. D. ET INSTIT. PROF.
P. O. SENAT.



R O S T O C H I I.
T Y P I S A D L E R I A N I S.

RECTOR ET SENATVS
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
CIVIBVS SVIS STVDIOSIS,
S,

Turbavit nuper labores nostros academicos rumor, publicus quidem, qui pericula minari *Vobis*, neque tutam satis apud nos vitam promittere videbatur. Est fere ista humanae mentis indoles, ut praesentia dum intuetur mala, maiora adhuc alia, immo ne metuenda quidem, imminere sibi haud difficulter opinetur, atque repertis vix, quae avertendis talibus sufficere putantur, remediis protinus utatur. Factum hinc esse iudicamus, ut nonnulli vestri ordinis, *Commilitones optimi*, aliorum se recipere consultum duxerint, quare aliquam operis nostris moram iniectam experti sumus, nec diuturnam tamen, quum mox litteris bonisque artibus suam constare dignitatem, commendationem, securitatem tranquillitatemque innotesceret. Indicavimus iam publicis tabulis, nullam *Vobis* esse adversi aliquid timendi causam rationemve, verum in litterarum studiis *Vos* sine molestia, sine impedimento, sine periculo apud nos versaturos esse, liberumque *Vobis* et securum ad nos aditum patere. Jamque, non id agimus, ut securitatis vestrae denuo *Vos* certiores reddamus, siquidem nullam amplius eadem dubitationem admittit; sed consuetos labores nostros iam diligenter persequuti, quibus instituendis nunc novis operibus Vestrum discendi ardorem explere nitamur, proponere hac tabula praecipue cupimus, ut pacati, nullisque agitati turbis, id quod confidimus, absolvere ea feliciter queamus, Deum immortalem eiusque clementiam devotissimis venerati precibus.



FACULTAS THEOLOGICA

IOANN. CHRISTIAN. BVRGMANN, S. Theol. D., et Prof. P. O., Fac. Theol. Senior, tenui licet vsus valetudine, et publicis obrutus occupationibus, recitationibus Dogmaticis, Exegeticis, atque Symbolicis, tres singulorum dierum horas, anno superiore commodare ac servare divino beneficio haud destitit. Perget hanc viam, quamdiu benignissimo Numini visum fuerit aetatem eius ingrauescentem, prorogare et confirmare, eoque consilio *historiae ecclesiasticae*, theologiae *dogmaticae* et *moralis*, nec non disquisitionibus *polemicis*, inde ab elapso Paschate, operam addicer. Destinatis adnuat et benedicat Altissimus!

IOANN. HENRICVS BECKER, D. P. P. O.: quod votis fata, et voluntati vires, per sollicitatae valetudinis statum, minus respondeant, ex animo dolet. Adfectorum capitis, oculorumque levamen nullum sentiens, ut a praelectione

tionibus adhuc abstinere, easque differat, necessitatis legem sibi videt impositam. Nobilissimis interim Commilitonibus bene semper precans, usibus eorum inserviendi animum, ut actu ipso exferat, benigniora fata, si ea largiri Deo constitutum est, expectat.

BERNHARD. FRIDER. QVISTORP, D. et P. nec non D. R. S. vti quae officii ipsius sunt, per Dei gratiam numquam hactenus oblitus fuit, ita eiusdem Numinis gratia fretus omnem, quae ab ipso desiderari poterit, S. S. Theologiae cultorum studiis inserviendi, industriam et per hoc semestrem pollicetur. Hinc omnem non tantum nauabit operam, ut, quas nondum finiit, recitationes absoluat, sed novas etiam, ut, si visum ita fuerit auditoribus ipsius, *theologico-dogmaticas* atque *symbolicas*, una cum *exercitiis examinatoriis* atque *disputatoriis*, adornabit. de semestri hyberno nil definire audet, praeterquam quod si vitam Deus viresque concesserit clementissime, partibus suis etiam tum sedulo fungi non sit intermissurus. Dirigat S. N. cuncta, quae meditabitur, in sui Nominis gloriam!

D. CHRISTIANVS ALBERTVS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. et Ducal. Consist. Consil. mature post ferias pasch. V. D. *Theologiam Dogmaticam* rursus inchoabit. Atque per semestrem quidem aestivum his praelectionibus impendet Hor. antem. IX-X. Statim vero ab initio semestris brum. addet alteram horam X-XI. Quo certius et commodius totum negotium in gratiam DD. Commilitonum intra anni spatium possit absolvi. *Theologiam moralem* praeleget hora pomer. IV-V. duce compendio Walchiano. *Lectiones exegetico-asceticas* in prior. Epist. S. Ioannis Apostoli, annuente Deo, confestim post fer. pasch. singulis diebus Saturni Hor. pomer. III-IV, continuabit.

FACULTAS IURIDICA.

D. ERN. IO. FRIED. Manßel, Ducalis Consil. et Pandect. Professor, per instantem novum annum academicum, docebit omnes

omnes partes eruditionis iuridicae, modo numerus et conditiones placuerint. Tradet specificè, ut solet hactenus, *Institutiones* et *Pandectas*, Iuris Civilis. Occupatus erit in *Iure Ecclesiastico* et *Criminali*. *Historiam* et *Ius Publicum, universale, generale, speciale et specialissimum*, pro temporis ratione, non nisi privatissime pertractabit.

Practica erunt de consuetis, si observabitur contractus innominatus.

Disputatorii Conventus referuntur ad delicias. *Societatis Litterariae* limina praebet impressum. Certam horam, a *tertia pomeridiana*, haec pagina statuit, *Collegio Iuris Feudalis, Longobardo-Teutonico-Mecklenburgici*: *Publicae* horae ferunt rubrum: *ICtus graece doctus*. DEVS exaudiat suspiria.

HERMANNVS BECKER, LL. Doct. et Instit. P. P. O. Senat. offert manuductionem in ius civile tam secundum ordinem Institutionum, ducente illustri Heineccio in elementis, quam seriem pandectarum, ad ductum compendii Schaumburgiani. Praeterea promptus paratusque erit ad praelectiones iuris canonici secundum compendium elementorum iuris canonico-pontificio-ecclesiastici tum veteris tum hodierni, celebr. KahlII, iuris criminalis ad Compendium Engovianum, et iuris feudalis praeunte b. Struvio in compendio ex edit. Hellfeldii Antec. Ienenf. celebrat. Nec officia denegabit, qui examinando aut disputando exerceri cupiunt,

IACOBVS HENRICVS BALEKE, Iur. D. et C. P. P. O. per instans semestre
Hora VII-VIII exponet *Ius Canonicum* praeunte Boehmero.
Hora VIII-IX. redauspicabitur *Institutiones I. civilis* ad ductum Heineccii in Elem. I. Civ.
Horis X XI. et XI-XII. ordietur denuo *praelectiones* *fi* *dictas pandectales* duce praeaudato Boehmero.
Hora II-III. offert iterum praelectiones I. Feudalis secundum I. G. Wolfii Elem. I. Feud.
Faxit supremum Numen, ut omnia succedant feliciter!

FACULTAS MEDICA.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facultatis Medicae Senior, perget explicare Auditoribus veteranis D. *Christ. Gottlieb* LVDEWIG Institutiones Medicinae clinicae, subministratis postmodum morborum enarrationibus, et casibus, ab ipsis theoretice et practice evolvendis. His finitis, vacabit instituendis lectionibus Medicinae legalis, Auditorum arbitrio relinquens, quodnam compendium malint explicatum. Nec minus arti salutari operam daturis fundamenta Anatomica et Physiologica per instans semestre aestivum exponet.

IO. BERNH. QVISTORP, Med. Doct. Prof. P. O. per aestatem praelectiones botanologicas et plantarum demonstrationes, una cum solida earum adplicatione ad praxin medicam offert. Privatim cuicumque singularem industriam ex quolibet Medicinae fonte pollicetur.

GVST. CHRIST. HANDTWIG, Dr. quamprimum ex itinere, quod ingressus nuper est, redierit, labores academicos a se suscipiendos indicabit, artisque salutaris cultoribus operam suam desiderantibus, inserviet.

FACULTAS PHILOSOPHICA.

PAVLVS THEODORVS CARPOVIVS, Phil. et M. D., LL. OO. et CC. Duc. Prof. P. O.

Linguas Orientales docere, Hebraeam praeprimis, eandemque tam Biblicam, quam Rabbinicam, Hebraeo-Teutonicam, Chaldaeam, Syriacam, et Arabicam, sedulus perget:

Collegium iterum aperiet Biblicum; seorsimque Classica, in KOENIGI, FECHTI, WALCHIIque Theologicis Compendiis obvia Dicta, enucleabit:

Antiquitates etiam Hebraeas ex-et, ad illustrationem Scripturae S. Foederis Utriusque, adplicabit; speciatimque ea, ad Synagogicum quae spectant Cultum, exhibita a Iudaeis tunc praesenti-

sentibus opportunitate, in ipsis Nundinis *Pentecostalibus* Feriis
que. F. DEVS F!

IOACH. HENR. PRIES, S. S. Theol. D., Moral.
P. P. O., et ad aedem D. Mar. Pastor, quamvis maioribus
nunc laboribus Ecclesiasticis obrutus, nihil tamen eorum, quae
muneris Academici exigunt rationes, in se desiderari patietur.
Hora XI-XII. nec non V-VI. *Theologiam Dogmatico-Polemicam*
omni cura et soliditate tradet, et per hyemem Hora X-XI.
Philosophiam Moralem publice docebit. Praeterea Dnis. Commi-
litionibus sive *Theologiam Moralem*, s. *Hermeneuticam S.*, s. *lectio-
nes Historico-Criticas in N. T.*, s. *Historiam Ecclesiasticam praesentis
Seculi*, offert. Tandem examinando perget.

ANGELIVS IO. DAN. AEPINVS, per instans
semestre D. V. b. *Corvini Logicam* et *Celeb. Baumgartenii Meta-
physicam* commentationibus suis illustrabit, et, si quas alias Phi-
losophiae partes vel elegantiores litteras ipso ducetractare vo-
luerint doctissimi Commilitones, desiderio ipsorum pro virili
satisfacere studebit.

IOANNES IACOBVS QVISTORPIVS, SS.
Theol. D. et Metaph. P. P. O. per semestre praesens Hor. VIII-
IX Rhetoricae sacrae Praecepta tradet; Hor. X-XI Theolo-
giam Polemicam docebit; et Hor. XI-XII in vernaculum
BESCHENBACHII Compendium Metaphysices commentabi-
tur: post elapsum vero semestre praesens addet bono cum Deo
istis Colegium Critico-Isagogicum in V. T. atque Theolo-
giam Moralem. annuat Conaminibus Supremum Numen!

CHRISTIAN. EHRENFRIED ESCHENBACH
Math. Prof. et Med. Doct. lectiones Mathematicas Physicas-
que iterum offert, horas auditoribus commodas, quantum re-
liqua ipsius negotia permittent, electurus. In arte salutari,
Pathologiam specialem et Chirurgiam, jamjam coeptas, con-
tinuabit: neque deerit desiderio eorum, qui e reliqua Medi-
cina disciplinam quandam doceri ab eodem postulant.

WEN-

WENCESL. IO. GVSTAVVS KARSTEN,
 Phil. D. et Log. P. P. O. D. per semestre aestivum hora VIII-
 IX, Metaphysicam, et hora X-XI. Logicam Cel. Eschenbachii
 explicabit: hora vero IX-X. praelectiones Iuris Naturalis prae-
 eunte Ill. Dariesio *reiterabit*, ita quidem, ut hoc semestri Iu-
 risprudentia Naturalis simpliciter talis absolvatur. Hora XI-
 XII. docebit Mathesin Theoreticam Sublimiorem secundum
 propria praecepta. Post meridiem hora II-III. explicabit
 Praelectiones suas Matheseos Theoreticae Elementaris. Se-
 quens hora III-IV destinata est praelectionibus Staticae, Hy-
 drostaticae et Mechanicae corporum rigidorum, praecunte
 Cel. Kraftio in Physices Tomo II. Denique hora IV-V ab
 eodem proponetur Ethica Philosophica simulque ejus nexus
 cum Ethica Christiana ostendetur secundum librum his-
 nundinis editum: *Beweis für die Wahrheit der Christlichen Religion
 aus der Vergleichung der Christlichen und Philosophischen Sittenlehre.*
 Semestri hyberno sequente horis VIII-IX, X-XI, XI-XII, II-III,
 IV-V, eadem praelectiones reiterandae sunt: horis vero IX-
 X, Iurisprudentia Naturalis Socialis, et III-IV. Mechanica
 corporum fluidorum cum Optica, Catoptrica et Dioptrica se-
 cundum Tom. III. Physices Kraftii docebitur.



Neque defunt linguarum exoticarum, atque exercitio-
 rum, quibus corpus perficitur, magistri idonei et periti, qui
 operam offerunt, spondentque,



P. P.

D. XXV. APRILIS, MDCCLVIII.

